ia inventionē rerū ex quibus hoc constat proœ-
miū, diximus de rei totius significatiōe
ostendimus quib. sententijs aditus ad causā
fiat et communitio quē habeat ornatū hoc
proœmiū docuimus, agimus de affectibus, locos
denique amplificationis et attentionis demō-
strauimus, quare ad dispositionē ueniamus.
Proœmij istas partes quatuor esse aliās docuimus ex
authoritate Hermogenis πρότασιν κατασκευὴν ἀπόδο
σιν τὴν κ(αὶ) ἀξίωσιν et βάσιν. est itaque propositio
petio a nobis ut mihi concedatis ut secundū leges pro-
me dicam nec assentiamini aduersario eique petenti
ut eo me illi ordine cogatis quē praescribit ipse. sequi
tur in qua est posita suorū incommodorū periculorumque
amplificatio: multis .n. rebus sū inferior Aeschine et
praecipue duabus illis, ego .n. in maximo versor discrimine
si causā nō obtineā ille in minimo. Praeterea ille
eas partes habuit, quae gratae solent esse auditoribus
mihi eae relinquuntur, quae molestiā fastidiumque afferūt
atque haec pars est breuis occupatio, qua molitur
orator ut patienter iudices et aequo animo ferant
cū suas laudes persequetur. Accedit alia ratio, res .n.
ad me pertinent magisque ad Ctesiphontē. sequi